



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

§. I. Status quæstionis, & notanda contra Caram. & Eliz.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)

DISPUTATIO VIII.

De potestate voluntatis in intellectum quoad Probabilia.

SUMMARIUM.

Quid hic tractandum? num. 1.

N. 1.

DISPUTATUM satis est de sententia opinionis probabilis; de aliqua, aut nulla veritatis cum probabilitate, aut probabilitatis cum veritate connexionem; de ignorantia vincibili, & invincibili in ordine ad excusandum à peccato, & rectificandam moraliter operationem: videndum in præfenti, an duæ contradictoriae, aut contrariae possint simul esse probabiles probabilitate conscientiae eidem intellectui; & an intellectus possit à voluntate determinari inter eque probabilia, immo ad minus probabile.

SECTIO I.

An duæ opiniones contrariae, vel contradictoriae possint simul esse probabiles eidem intellectui probabilitate conscientiae?

§. I.

Status questionis, & notanda contra Caramuel. & Eliz.

SUMMARIUM.

Quid opiniones contrariae, & contradictoriae? n. 2.

Quid in hac questione certum? ibid.

Tota difficultas est, an eidem intellectui simul esse possint probabiles duæ contrariae, aut contradictoriae, n. 3.

Probabilitas conscientiae juxta Eliz. idem est, ac veritas, n. 4.

Quid propositio absoluta, quid modalis? n. 5.

Contradictoria numquam possunt esse vera, nec ob diversas causas, cur? n. 6.

DD. ibid.

Implicat assensus cum dissensu simul in eodem intellectu, etsi ex diversis motivis, n. 7.

Aliud est, an intellectus possit simul judicare utrumque contradictorium esse probabiliter verum; aliud, an possit probabiliter judicare utrumque esse verum; hoc repugnat, non illud, num. 9.

Assentiens ob motum probabile assentitur veritati, non probabilitati, n. 10.

Aliud est judicare probabiliter, aliud probabilitatem: expono, n. 11.

Assentior probabilitati ut motivo, non ut puro

termino materiali affirmato, ibid.

Solvo argumentum, n. 12.

Caram. ait, omnes assertiones probabiles esse modales; idem ait Eliz. n. 13. 14.

Est falsum, nullam opinionem probabilem esse absolutam, n. 15.

DD. regulariter non impugnant probabilitatem opinionis oppositae, ibid.

Probabilitas non tollitur per probabilitatem, 16.

Si omnes assertiones essent modales, Doctores non opponerentur, n. 17.

Quid necesse, ut modales opponantur, ibid.

Rejicitur P. Eliz. quia omnis opinans affirmat, aut negat mentaliter, rem ita esse, non autem ita videri, n. 18. 19.

Hæc non sunt opposita, Probabile est licere, probabile est non licere; hæc sunt, Licet, non licet, n. 20.

Diversitas motivorum non tollit contradictionem, n. 21.

Cur utraque contradictoria possit simul esse probabilis? n. 22.

Si una est certa, alia non est probabilis, n. 23.

Certitudo tollitur, vel a probabilitate oppositi, vel a probabili certi fundamenti solutione, ib.

Implicat, ut utraque sit mutuo probabilior, 24.

Tollitur probabilitas unius per certitudinem, aut probabilitatem alterius, ibid.

Ut tollatur probabilitas, non est necessaria evidentia oppositi, sed satis, ut certa ratione probetur fundamentum illud non esse probabile, cur? n. 25.

Non repugnat similitudo potentia, repugnat potentia simultatis in voluntate, n. 26.

Similitudo probabilitatis, & probabilitas simultatis quid? Ea non repugnat, hæc repugnat, cur? n. 26. 27.

Opiniones contrariae sunt illæ, quarum N. 2. utraque affirmat, una rem esse, alia affirmat rem non esse: contradictoriae sunt, quarum una affirmat rem esse, alia negat rem esse. Certum autem est duas opiniones contrarias, aut contradictorias eidem intellectui divisim, aut distinctis intellectibus simul posse esse probabiles, nam & distincti DD. eodem tempore contraria, aut contradictoria opinantur, & idem Doctor potest instati A judicare probabilem opinionem A, & instanti B judicare probabilem opinionem B.

ci contradictoriam; immo potest instanti A judicare probabilem opinionem A, & instanti B, judicare improbabilem ipsam opinionem

- N. 3. A. Tota ergo difficultas est, an eodem intellectu possint eodem instanti, seu simul esse probabiles duae opiniones contrariae, aut

p. Etz. contradictoriae; & quidem, ut loquitur P. Eliz. probabilitate consentientiae, dabimus,

- N. 4. & dedimus ex eodem, qui non intelligit nisi veritatem; confundit enim iterum probabilitatem cum veritate; quod satis impugnavimus d. 5. sect. 1. & iterum impugnabimus. Quare pro clara quaestione resolutione

- N. 5. Advertendum est 1. propositionem aliam esse absolutam, aliam modalem: absoluta est, quae absolute affirmat, aut negat praedicatum de subiecto, ex. gr. *Pingere die festo licet*: modalis est, quae affirmat, aut negat modum, quod tale praedicatum convenit, aut non convenit subiecto, ex. gr. *Probabile est, quod liceat pingere die festo*.

- N. 6. Adverte 2. quod contradictoria numquam verificari possunt, neque ratione diverfarum causarum; alias tu, & ego facere possemus, ut A simul esset, & non esset; neque ratione diverfarum cognitionum; alias simul esse possunt in intellectu, licet, non licet. Ratio est; quia id, quod non potest esse, nec potest judicari verum, quod sit: sed idem non potest simul esse, & non esse: ergo neque potest judicari verum, quod simul sit, & non sit. Hoc sentiunt omnes Philosophi, & Theologi, & bene probat Greg. Arim. qn. 2. Pro-

logi à principio, & Durand. in Prol. qn. 1. n. 21. qui ait, quod *asfirmare contradictoria simul esse vera, non potest esse in mente hominis, etsi voce proferatur*; & Philal. qn. 1. de opin. Praxi pag. mihi 35. & ideo tum in Logica, tum in

- N. 7. Animastica impugnavimus eos, qui volunt posse simul esse in eodem intellectu assensum, & dissensum de eodem ex diversis motivis; nam diversa motiva non tollunt ab illis actibus repugnantiam, alias idem posset fieri esse, & non esse ex diversis causis, cum tamen hoc sit evidenter falsum ex 4. Metaphys.

- N. 8. Dices non repugnare, ut intellectus assentiat, & dissentiat probabiliter utrique contradictorio eodem instanti, & judicet probabiliter utrumque verum; primo, quia potest intellectus judicare utrumque contradictorium esse probabile; ergo etiam probabiliter judicare utrumque verum: secundo, quia assentiri probabiliter simul utrique propositioni contradictoriae, non est affirmare utramque esse in re veram, sed tantum est affirmare utramque sibi videri veram, in

quo nulla est contradictio: ergo non repugnat, ut intellectus simul affirmet probabiliter utramque esse veram: tertio, quia judicium probabile non affirmat rem absolute esse, sed potius affirmat modum essendi, adeoque qui affirmat licitum esse pingere die festo, non affirmat absolute hoc esse licitum, sed unice affirmat esse probabile, quod sit licitum, seu esse probabiliter licitum: sed nulla est inter haec duo judicia repugnantia, est probabiliter licitum pingere, est probabiliter illicitum pingere: ergo nulla est repugnantia, quod intellectus assentiat, & dissentiat eodem instanti probabiliter utrique contradictorio. Haec M. Ferre 1. 2. tr. 6. c. n. M. Ferre 170. contra M. Mercor. apud Palanco qn. 24.

Respondeo hanc quaestionem, an intellectus possit simul assentiri probabiliter utrique contradictorio, posse habere duplicem sensum: primus est, an intellectus possit eodem instanti judicare utramque contradictoriam esse probabiliter veram: secundus, an intellectus possit probabiliter judicare eodem instanti utramque contradictoriam esse veram: primum affirmamus, & non est nisi judicare, quod utrique contradictoriae conveniat probabilitas; posse autem intellectum judicare utramque contradictoriam esse simul probabilem, nullam includit repugnantiam, ut patebit: secundum negamus, quia est judicare, etsi per probabile judicium, quod utrique contradictoriae conveniat veritas, quod repugnat. Haec autem duo toto Caelo distant. Monco autem, quod quando intellectus assentitur ex motivo probabili alicui objecto, non ideo, etsi probabiliter assentitur illi objecto, assentitur probabilitati ejus objecti, sed veritati, neque enim omne judicium probabile est modale, ut dixi, & dicam, sed est absolutum; ex. gr. etsi assentiar ex motivo probabili huic objecto, licita est pictura die festo, non ideo, etsi assentiar probabiliter ei objecto, pro objecto terminativo, & affirmato per illud judicium, habeo, inquam, probabilitatem, sed veritatem, seu connexionem praedicati cum eo subiecto: hinc aliud est judicare probabiliter, aliud judicare probabilitatem: aliud affirmare probabiliter, seu ob motivum probabile, aliud affirmare probabilitatem. Breviter: probabilitas potest esse purum motivum assensus, & potest esse purus terminus, seu objectum affirmatum per assensum: si sit purum motivum, tunc non assentior probabilitati tamquam puro termino affirmato: si sit terminus affirmatus per assensum, tunc assentior probabilitati ut termino: dixi autem certum esse, quod non omne judi-

judicium probabile, licet omne affirmet probabiliter, non tamen omne affirmat probabilitatem, ut terminum, immo eam non affirmat, sed ob probabilitatem tamquam propter motivum, affirmat aut negat aliud objectum: quare valde distant hæc quæ propositiones, *judicio probabiliter verum utrumque contradictorium; judicio utrumque contradictorium esse probabiliter verum*: primum implicat, implicat enim, ut judicem probabiliter utrumque contradictorium esse verum, cum sit evidens alterutrum esse falsum: secundum non implicat; & nihil aliud est, quam judicare utrumque contradictorium gaudere probabilitate veritatis. Hinc ad 1. nego antecedens, vel distinguo: non repugnat, ut intellectus judicet probabiliter utrumque esse verum, nego antecedens; judicet utrumque esse probabiliter verum, concedo antecedens, & nego consequentiam: ad probationem concessio antecedenti, nego consequentiam juxta datam distinctionem. Ad 2. nego antecedens; qui enim assentitur directe probabiliter alicui objecto, non affirmat signatè tale objectum sibi tali modo videri, hic enim est actus reflexus supra judicium probabile, sed affirmat probabiliter, seu ex motivo probabili tale objectum ita esse. Ad 3. nego antecedens, ut mox dicam.

N. Adverte 3. falsum esse, quod tradit Caram. impugnatus à P. Card. tom. 1. disp. 2. Caram. per totam, & à P. Eliz. 2. p. lib. 6. qu. 8. §. 4. P. Card. 5. 6. a pag. mibi 205. ad 212. fusillimè: vult enim Caram. quod omnes probabiles Doctorem assertiones sint modales, de modo probabili, quia omnis conclusio modificatur à præmissis; ergo si hæc sunt probabiles, etiam conclusio. Hinc infert, quod S. Thom. esto dicat ex gr. Deiparam in peccato conceptam, & Scotus esto dicat eam non fuisse conceptam in peccato, nec S. Thomam asserere absolute suam opinionem, nec Scotum suam, sed utrumque Doctorem asserere modaliter, nempe S. Thomam, Probabile est Deiparam in peccato conceptam; & Scotum, Probabile est Deiparam non conceptam in peccato: quæ duæ propositiones modales non opponuntur, nam utraque est affirmativa. Ad hæc Caramuelis doctrinam plurimum accedit, etsi fuisse impugnet, illa, quam tradit P. Eliz. in Append. quam ponit post librum 4. in qua fuit agitur de naturâ opinionis probabilis; & qu. 6. §. 4. pag. mibi 263. ait ex D. Thomâ: Cum aliquid intelligimus, asserimus sic esse: cum autem opinamur, dicimus sic videri, vel apparere nobis: ex quo P. Eliz. infert, nullum opinantem absolute affirmare, vel negare rem ita esse, sed tantum affir-

Tom. I.

mare, aut negare rem ita sibi videri.

Adverte 4. sententiam Caramuelis, quod omnes probabiles Doctorem opiniones sint modales, & nulla sit absoluta, esse certò falsam, ut bene Eliz. 2. p. lib. 6. qu. 8. a §. 4. ad 7. & P. Teril. qu. 15. de Reg. mor. n. 5. Palanco qu. 24. a n. 14. & P. Card. l. c. quia S. Thomas impugnans alienam opinionem in materiâ Topica non impugnat alienæ opinionis probabilitatem, imò eam sæpe admittit; ergo impugnat propositionem absolutam, seu falsitatem dictæ opinionis; ergo non omnes probabiles Doctorem assertiones sunt modales de modo probabile, sed pleræque sunt absolute, ut bene P. Card. tom. 1. d. 2. cap. 6. & si sunt modales, sunt de modo probabilius, non de modo probabile. Immo si omnes essent modales, cum probabilitas partis A non tollatur per probabilitatem partis oppositæ B, sed tantum per certitudinem saltem moralem partis B, aut per certitudinem ostendentem fundamentum partis A, non esse grave, omnis, qui alterius assertionem impugnat, deberet impugnare illam argumētis omnino certis, sed certò certius est, non afferri a Doctore inter se pugnantibus argumenta certa, imò implicat, ut pro utraque parte contradictionis detur certitudo: ergo dū Doctores impugnant opiniones oppositas, non impugnant probabilitatem opinionis oppositæ, cum ea non tollatur, nisi saltem per certitudinem, sed impugnant veritatem oppositæ opinionis ostendentes, seu negantes eam esse veram, non autem negant esse probabiliter veram, seu probabilem, & verosimilem: ergo opiniones impugnatae non sunt modales de modo probabile, sed absolute. Dixi probabilitatem unius partis non tolli, seu non expugnari per probabilitatem alterius, licet impugnetur, ut scitè loquitur P. Teril. de Reg. mor. qu. 15. n. 1. & 3. Confirmo: Si omnes assertiones essent modales de modo probabile, numquam darentur Doctores in opinando oppositi, quia opinio docens, Probabile est licitam esse die festo piscuram, non opponitur huic, Probabile est non esse licitam; ut enim opponeretur, deberet hæc secunda ita formari, Non est probabile, quod sit licita, nam una debet esse affirmativa de modo, alia negativa de modo; atque adeo Doctores opponerentur tantum in materiâ certâ, dum unus affirmat esse probabile, alter negat esse probabile: sed est extra omne dubium Doctores inter se opponi in opinando, non tantum in materiâ Topicâ philosophicè, sed etiam in materiâ morali: ergo est extra omne dubium eorum propositiones esse absolute: hoc enim pacto, & pro-

Aa

positio-

positiones, & Doctores opponuntur; non autem esse modales; hoc enim pacto opponi non possunt, nisi unus afferat argumenta certa, quibus non tantum alterius assertionem, sed etiam ejusdem assertionis probabilitatem impugnet, quod utique in opinionibus hinc inde classicis non accidit.

N. Adverte 5. quod ipsdem ferè argumentis impugnatur doctrina P. Elizaldæ, nam sequitur, quod Doctores contraria sentientes ferè nunquam opinaretur, nec umquam inter se opponeretur, siquidem hæc duæ propositiones, *Mihi videtur, quod liceat pictura die festo; mihi videtur, quod non liceat*, sunt affirmativæ; ergo non sunt oppositæ; ergo nec Doctores inter se; adeoque omnis impugnans alterum verberaret acrem; probanti enim, *picturam licere*, respondere posset defendens, *non licere*, atque adeo nihil probaret, nam defendens non tueretur, *picturam non licere*, sed tueretur, *mihi videtur, quod non liceat*; debuisset ergo probare, quod *hoc illi non videatur*: quare, ut bene P. Moya tom. 2.

N. 18. P. Eliz. qu. 2. n. 30. omnis opinans absolute mentaliter affirmat, vel negat ita esse; esto quia iudicium illud includit formidinem de opposito, communiter explicari solet per has voces, *videtur ita esse*, aut *videtur ita non esse*.

N. Adverte 6. ut propius ad questionem accedam, sequi ex mox dictis 1. nullam inter se hæc duo iudicia habere repugnantiam, cum utrumque sit affirmativum de modo, esto unum sit negativum de dicto, *Probabile est licere die festo picturam, probabile est non licere*: si ergo nullam inter se repugnantiam habent, poterunt eodem in intellectu simul existere. E contra hæc duo, *Licet pictura die festo, non licet pictura die festo*, quia inter se opponuntur, non poterunt eodem in intellectu simul existere, non minus, quam amor, & odium efficax; esto enim assensus habeat diversum motivum à dissensu, non minus, quam amor ab odio, ea tamen motivorum diversitas non tollit ab illis actibus repugnantiam, quam inter se habent, ob rationem, quam hic dedi advert. 2. ut enim repugnat, ut res à diversis causis sit simul, & non sit, ita etiam repugnat, ut à diversis motivis sit simul vera, & falsa, nam esset simul, & non esset in intellectu: immò si motiva diversa tollerent ab assensu & dissensu, ab amore & odio repugnantiam; tantò magis verum esset, quod opiniones contrariæ possent simul esse in eodem intellectu. Sequitur 2. quod cum probabilitas partis A non tollatur per probabilitatem partis B oppositæ, sed tantum per certitudinem saltem

moralem partis B, aut per certitudinem ostendentem fundamentum partis A non esse grave, sequitur evidenter, quod utraque pars contradictionis poterit simul esse probabilis: contra non poterit una esse certa, 23. & alia esse probabilis, cum per certitudinem unius tollatur probabilitas partis oppositæ. Sequitur 3. quod ipsa certitudo tolli poterit, vel per probabilitatem partis oppositæ, vel per probabilitatem partis oppositæ, vel per probabilem fundamenti certi solutionem. Sequitur 4. quod implicet, ut utraque pars contradictionis sit ad invicem quoad idem probabilior; quia idem esset excedens, & excessum quoad idem: tollitur autem probabilitas, vel ostendendo eam non esse probabilior, vel ostendendo oppositam esse probabilior. Sequitur 5. quod ut tollatur ab opinione A probabilitas, necesse non est, ut fundamenta opinionis A solvantur evidenter, ut rectè contra Caram. ostendit P. Card. tom. 1. d. 3. sed satis est, ut opinio B ei opposita probetur evidenter, & fundamēta opinionis A solvantur probabiliter: 24. eo enim ipso quod opinio B sit certa, vel evidens, eo ipso opinio A non est probabilis: immò ut opinio A non sit amplius probabilis, ne quidem necesse est, ut opinio B opposita sit certa, sed satis est, ut certà ratione ostendam fundamentum opinionis A non esse grave. Ratio est; quia utraque contradictoria potest esse incerta, & carere fundamento gravi: ergo ut ab opinione A tollatur probabilitas, non est necesse, ut ejus contradictoria B sit certa, sed satis est, ut certò ostendam fundamentum opinionis A, non esse grave, ut bene P. Carden. tom. 1. d. 2. a. n. 110.

N. Adverte 7. sicut in voluntate juxta celebrem divisionem, alia est similitudo potentiae, 26. alia est potentia simultatis; ita in intellectu, quantum ad rem præsentem, alia est similitudo probabilitatis, alia est probabilitas simultatis. Sicut autem voluntas habet simultatem potentiae, quatenus habet simul potentiam ad amorem, & potentiam ad odium, divisim ponendos; eodem enim instanti representantur motiva opposita ad amorem, & odium divisim; nec ulla est repugnantia, quod simul stent motiva opposita, esto sit repugnantia, ut in eadem voluntate simul stent actus oppositi, seu amor, & odium, adeoque licet voluntas habeat simultatem potentiae, non tamen habet potentiam simultatis, quatenus non habet potentiam componendi simul amorem cum odio. Ita accidit in intellectu, qui habet simultatem probabilitatis, quatenus habet eodem instanti simul potentiam

potentiam ad assensum, & potentiam ad dis-
sensum, divisim ponendos; & eodem in-
stati proponi possunt intellectui motiva op-
posita, quorum unum alliciat ad ponendum
assensum seorsim a dissensu; aliud ad po-
nendum dissensum seorsim ab assensu; ex-
gr. unum ut assermet, Licet pictura die
festo; aliud ut neget, Non licet pictura die
festo. Non habet autem intellectus proba-
bilitatem simultatis, quatenus nullum habet
motivum probabile alliciens intellectum ad
componendum simul assensum cum dissen-
su. Huius divisionis meminit etiam P. Eliz.
lib. 2. qu. 11. §. 6. pag. 100. sed adeo obli-
vitur, ut eum non assequar; clarius tamen
eam proponit lib. 2. quest. 8. §. 2. pag. mihi
88.

§. II.

Communissima, & verissima Sententia.

SUMMARIUM.

Non repugnat similitudo probabilitatis, repugnat
probabilitas simultatis; explicatur, n. 28.
DD. oppositi, n. 29.
Hinc inferi P. Eliz. questionem de licito usu ef-
se de subiecto non supponente, ibid.
DD. faventes, n. 30.
Eugennus ait, licitum inter speculativas sequi
minus probabilem, n. 31.
Merc. ait, posse quem disputationis gratia sequi
minus probabilem, stante probabiliori, n. 32.
Quid sit probabilitas simultatis, & cur repug-
net? n. 33.
Quid similitudo probabilitatis, & cur non repug-
net? n. 34.
Intellectus sentit se allici ab utroque fundamen-
to, dum utrumque ponderat, n. 35.
Quoties Doctores propriam non vocant certam,
regulariter putant oppositam probabilem, n.
38.
Egregium dictum M. Godoy in eos, qui opposi-
tam non putant probabilem, n. 39. 40. 41.
Falsum, quod ait M. Baro, quod D. Th. Dis-
cipuli eo probabilius ita sumant, ut ab oppo-
sita sententia omnem tollant probabilitatem,
n. 42.
Falsum, quod Doctores, dum oppositam impug-
nant, impugnent probabilitatem, n. 43.
Absurda opposita sententia, n. 44.
Abulensis ait, D. Hieronymum, & D. Augu-
stinum sepe inter se contradicere, n. 45.
Sixtus V. utramque opinionem, asserentem, &
negantem, Christum D. venturum, esse pietati,
fideri, auctoritatibus, & rationi consonam,
n. 46.
Non nisi temere dici potest, oppositam propriam
Tom. I.

non esse probabilem; cur? n. 47.
In Expositioribus Scriptura magna oppositio; in-
ductio, ibid.

Duo argumenta ad hominem contra P. Eliz.
dicentem, quod opinans, nec assermet, nec ne-
get absolute rem; & quod in Doctores con-
tradictibus nulla presumptio veritatis, n.
48. 49.

Quid significet id videtur mihi ita esse? Ibid.
Si utraque non potest simul esse probabilis, pote-
rit idiora, immo doctus nulli assentiri, n. 50.

Ex sententia contraria sequitur, ut quilibet de
sua semper bene, de aliena semper male pre-
sumat, n. 51.

Alia absurda, que sequuntur, si neutra opinio in
consortio alterius manet probabilis, a n. 52.
ad 58.

Probabilitas tollitur, vel a certitudine opposita,
vel a carentia gravis fundamenti; non autem
a probabilitate, fuse, a n. 53.

Constat inductione in questionibus Scholasticis,
& Politicis, n. 55.

P. Eliz. contradit, posse Theologum in Schola-
sticis eque probabilibus nunc hanc, nunc il-
lam sequi, n. 56.

Omnis opinio esset temeraria, quoties non est cer-
ta, n. 57.

Paritas Cathedrarum doctrinae opposita, que
utraque iudicatur probabilis ab Institutiori-
bus, n. 58.

Nulla est disparitas, cur in Moralibus non liceat
eligere inter eque probabiles, liceat in Schola-
sticis, n. 59.

Eque homo tenetur querere verum, ac hone-
stam, n. 60.

Rejicitur alia responsio, quod pars, cui quis ad-
heret, appareat probabilior; ex hoc enim ipso
inferitur utramque simul esse probabilem, a n.
61. ad 63.

Baro ait, quod rationes stantes contra fidem, sint
probabilissime, fortissime, & pene cogentes in-
tellectum; ejus contradictio, n. 62.

S. Tho. propriam de non consistendis circumstan-
tiis vocat probabilioram, n. 63.

Ratio ex Immac. Conceptione, n. 64.

UNica conclusio: Implicat duas opinio-
nes contrarias, aut contradictorias esse
simul eidem intellectui probabiles probabi-
litate simultatis; non autem implicat esse si-
mul eidem intellectui probabiles similitate
probabilitatis. Id est, implicat, ut eodem
instanti in eodem intellectu componantur
assensus, & dissensus de eodem objecto ex
diversis motivis probabilibus; ita ut intelle-
ctus absolute assermet simul, & neget idem
objectum: non tamen implicat, ut in eodem
intellectu eodem instanti componantur per
Aa ij modum